

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Semper Gavdendi

Demonstrata Ex Sola Consideratione Divinae Providentiae Et Per
Adventvales Conciones

Laetitiae Perfectae Artificivm In Conscientiae Recta Efformatione
inuentum, & per Adventvales Conciones expositum ac demonstratum

Sarasa, Alfonsus Antonius de

Antverpiae, 1667

Reliqua quae ad Conscientiae probabilis directionem spectant,
expediuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11367

TRACTATUS V.
COMPARATIO OPINIONVM
PROBABILIVM INTER SE.

Omne quod ex fide non est, peccatum est. *Ad Rom. 14. v. 23.*

Conscientia in actionibus suis dirigendis opinionem sive suam, sive alienam, modo verè probabilis sit, sequi potest, etiam probabiliori & tutiore deservit.

Item reliqua quæ ad Conscientiae probabilis directionem spectant expediuntur.

PRO O E M I V M.

Proponuntur sex difficultates, que præcimum applicanda opinione probabilis possent intentur.



Ertum itaque sit, ex opinione verè probabili, illuc citum non esse Conscientiaz actiones suas compondere: quod quia recenter tanto aduersariorum impetu negabatur, & ab auctoribus strictius, ut quibus res esset minimè dubia, tractatum fuit, sive paullò censui demonstrandum. Nunc ea quæ à Theologis uberiori sunt disputata, brevibus contraham; & fortassis ad rem meam quæ faciunt dum perstringo, exponam omnia. Quærent igitur Primò, an si utrumque & que probabiles opiniones sint, sic ut perpensis omnibus, in neutram partem diiudicari possit, magisne probabili ratione dicendum sit legem obstringere quam non obstringere, an, inquam, eo euentu utramuis opinionem feligere possit Conscientia, ut de actione ponendâ certum quid statuat? Secundò, an sententiam alienam, sive opinionem quæ alteri, viro tamen docto & graui videtur probabilis, ob auctoritatem

ctoritatem viri possit sequi? *Tertio*, hoc si possit; quot viri graves, aut auctores requirantur, ut verè probabilis censeri possit opinio quam tueruntur? *Quarto*, an si quis propriam habet opinionem probabilem vetantem, id est dictantem rem esse illicitam, sequi possit opinionem probabilem alienam, quæ dicit rem esse licitam, nullique obnoxiam peccato? *Quinto*, an relictâ probabiliori, liceat sequi opinionem probabilem. *Sexto* denique, an non ea eligenda sit quæ est tutor.

S. I.

PROPOSITIO I.

*Potest Conscientia ex duabus probabilibus opinionibus, vtram-
vult eligere. Potest etiam unius viri docti & pru-
dentis opinionem sequi.*

1. **M**Ultis hæc multi disputant: sed si naturam probabilitatis, *Ex eque* opinionisque probabilis definitionem, prout Tractatu *probabilis* supe- *bus eligi* riore §. 2. fecimus, non indiligerter attendimus, facilis erit ha- *potest qua-* rum quæstionum explicatio. Et in primâ quidem difficultas nulla *liber.* est. Nam cùm vere probabilis statuatur esse vtrumque opinio, sanè necesse est eas vtrumque sese rationes offerre, quibus bene perpensis considerati viri prudenter assentiri possint. Assentiantur ergo; & aliqui quidem opinioni licitum esse neganti, alii vero licitum esse affirmanti. Sanè vtrumque prudenter judicabitur, neque alterutra pars temeritatis arguetur. Quòd si ergo vtrumque prudens sit judicium, nihil obstat quo minus id, quod prudenter sit, licitum mihi sit agere, illamque ex duabus æquè probabilibus eligere, quæ placuerit.
2. At, quid si vnam jam elegeris, poterisne mutatis quasi castris *Et semel* ad alteram transfilire, & arbitrari jam licitum, quod antè opinabaris illicitum? Poteris sanè si fide bonâ agis, & non dolo aliquo *electa, pos-
test deserit
assument
contraria.* ad eludendam legis vim. Atqui cùm illicitum antè judicabas, contraria opinio falsitatis à te condemnata est. Hoc enim uero proorsus nego; neutrum enim *judicasti.* Et vero optarem magnopere